alia quæstionem An sit: ut, *Num, nunquid, an, utrum, nonne & ne Enclitica.*

Alia quærunt de causa: ut, *cur, quare, quamobrem, quapropter, quidita, quidni, quin, procur non.*

Alia de loco: ut, *Ubi, quò, utrò, unde, quà, quorsum.*

Alia de Tempore: ut, *Quando, quoad, quousq; quamdiu.*

Alia de numero: ut, *Quoties antiquè quotiens.*

Alia de Quantitate: ut, *Quantum, quantulum.*

Alia de qualitate: ut, *Quomodo, qui.*

Alia de Intensione: ut, *Quàm, Quantoperè.*

Nota. Si non interrogant hæc Interrogativa, tunc sunt aut Infinita: ut, *Nescio Ubi frater sit.*

Aut Relativa: ut, *Ubi vult esse, ibi est.*

AFFIRMANDI: *ita, etiam, quidni, maximè, omninò, planè, sanè, certè, verè, scilicet, videlicet, quippe, nempe, nimirum, immò, quidem, equidem.*

NEGANDI: *Haud, non, nequaquam, haudquaquam, neutiquam, minimè, nullatenus.*

DEMONSTRANDI: *En, ecce.*

JURANDI: *Ne, profectò, verò, Amen.*

OPTANDI: *utinam, ô si, sic.*

CONGREGANDI: seu COMITANDI: *simul, unà, pariter, collectim, summatim.*

SEPARANDI: *seorsum, separatim, privatim.*